



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Hereditas I. quoad heredem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

352 HASTILVD. HÆRED. I.

Quis dicatur temerè habitum religionis dimittere. vide tit. excommunicatio VI. §. 5. lit. & Religiosas. 3.

HASTILVDIVM, vel torneamentum tunc est illicitum, quando ut plurimum cædes, vel grauia sequuntur vulnera. Vnde qui huiusmodi torneamenta aggreditur, & qui aliam ad ea inducit, vel qui non impedit cum possit, peccat mort. Secus si non sunt illicita. Peccat etiam m. qui huiusmodi torneamentis interest cum magna voluptate, vel eo animo, ut quamvis sibi esset prohibitus sub mortali, interesset: Alias non nisi venialiter. cap. 15. num. 9. Nihilominus tamen torneamenta sunt absolute prohibita. n. 18.

Instituens moderatè hastiludiū, non peccat. c. 14. n. 31. §. 24.

HÆREDITAS I.

Quoad Hæredem & substitutionem.

HÆRES tenetur implere vota realia defuncti. non tamen personalia, mixta vero partim tenetur, partim non tenetur. ca. 12. num. 56.

Hæres defuncti, qui vouerat religionem, non tenetur conferre religioni bona quæ defunctus

defunctus secum portasset. num. 56.

Hæres decollati, vel suspensi per iudicē,
tenetur restituere damnum, quod defunctus
intulerat parti. cap. 15. num. 22.

Hæres qui auertendo tabellionem, & te-
stes, facit, ne testari volens relinquat alicui
legatum, tenetur restituere, & incurrit po-
num perdendi hæreditatem. c. 26. num. 36.

Hæres eius, qui mortuus est absolutus à B
peccatis, & in sacro sepultus, quamvis po-
hei credat eum decessisse excommunicatiū,
non tenetur petere absolutionem. Idem de
hære illius qui sine absolutione, tamen
cum signis contritionis decessit in excom-
municatione occulta: Secus de hærede ex-
communicati denunciati. c. 27. num. 271.

Nullum monasterium, vel religio est ho- C
die post Trid. incapax hæreditatis præter
Franciscanorum, Capucinorum, & Minorum
de obseruantia. c. 16. n. 46.

Quando filius adulterinus putatus legiti-
mns hæres, persuadetur à matre, vel ab alio,
ut ingrediatur religionem, quò sine nota in-
famie honestè possit relinquere hæreditatē
fratribus legitimis, debet ingredi religio-
nem quæ sit incapax hæreditatis: alioqui
enim nil prodesset eius ingressus huic pro-
posito, & restituendi obligationi, quando-
quidem monasterium posset adire hæredita-

Z tem

tem illi obuenientem. Aut renunciet eam
ante ingressum vel professionem. Ibidem.

HÆREDITAS II.

Quoad exhaeredationem.

FILIA non potest exhaeredari, eo quod
contrahit matrimonium inuito paiente.
cap. 14. num. 15.

Leges Aragoniae permittentes parenti-
bus exhaeredare filios, relinquendo illis
quinque solidos tantum, iustae videntur. cap.
26. num. 38.

Legitima iure nature debetur filiis, qui
sunt pauperes, debiles & infirmi ad se su-
stentandnm suo labore: reliquis verò, non.
ibidem.

HERMAPHRODITVS.

NON est capax characteris ordinis si præ-
ualeat sexus femineus. secus si præua-
leat virilis sexus, sed nec tunc debet ordi-
nari. cap. 27. num. 203. §. 15..

HÆRET. ET HÆRESIS.

HÆRESIS est quidquid fidei Catholicæ
contrariatur. cap. 11. nu. 17. No. num. 22.
Hæreticus ille solùm est qui pertinaciter
credit